



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 2. De semine Abraham.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 2.
De semine
Abraham.

ABRAHAM cum esset annorum LXXV. à Deo accepit repromissionem. De illo tempore vsq; ad egressionē Hebræorū de Ægypto supputantur anni Cccxx. Abraham de ancilla Agar habuit filiū nomine Ismahel: vnde Ismahelitæ & postea Agareni, postremum Sarraceni vocantur. Centenarius Abraham habuit de Sara filium nomine Isaac. Primus omnium Prophetarum Abraham. Assyriorum Arrius tunc regnauit annis XXX. Sexagenario Isaac an: nascuntur filij gemini, primus Esau, ex quo gens Idumæa fuit: secundus Iacob, qui Israel appellatus est. Inde gens Iudæorum est. Vixit Abraham annis CLXXV. Centesimo anno repromissionis moritur Abraham. Centesimo sexagesimo anno cum esset Isaac, tunc Iacob descendit in Mesopotamiã, & seruiuit Laban annis XVI. pro duabus filiabus, quas accepit vxores, Lia & Rachel. Anno CC. post repromissionem mortuus est Isaac annorum * octoginta. Filius eius Iacob cum esset annorum Cx. adhuc viuente Isaac, Ioseph filius Iacob venundatus est in Ægyptum. Centum triginta annorum cum esset Iacob, iam secundo anno famis, ingressus est cum filijs in Ægyptum. Iacob centesimo quadragesimo septimo anno obiit, Prophetizans de Christo. Centum decem annos cum impleset Ioseph moritur. Fiunt autem omnes anni, quibus Hebræi in Ægypto fuerunt, ducenti quindecim. Ob hoc ab eo tempore computantur, quo Iacob cum filijs suis descendit in Ægyptum.

Cap. 3.
De Moyse &
captiuitate
Iudæorum &c

TREcentesimo quinquagesimo an: repromissionis natus est Moyse, cum esset annorum LXXVI. Cecrops regnauit in Attica: à quo vsq; ad Troiæ captiuitatem fiunt anni Ccclv. Trecentesimo à quadragesimo